

Vc
4902





h. 3, 4.

Vc
4902

PANEGYRICUS
ADVENTUI
PRINCIPIS OPTIMI MAXIMI
JOHANNIS GEORGII II.
S. ROM. IMPERII ARCHI-
MARSCHALLI
ATQUE ELECTORIS
EIUSDEMQUE HOC TEMPORE VICARI^U
ETC. ETC.



ACADEMIÆ LIPSIENSIS
JUSSU SCRIPTUS

A. FRIDERICO RAPPOLTO POES. PROF. PUBL.
ET COLL. MAJOR. PRINCIPUM COLLEGIATO.

LIPSIÆ

A. C. d^o I^oc LVII.

Typis JOHANNIS WITTIGAU.



SOLI. SACR.

QUOD. BONUM. FAUSTUM. FELIXQ. SIT.
URBEM. INGRESO,

ET

IMPERI. SOLEMNIA. CAPESENTI.
HEROI. INCLYTISIMO.

JOHANNI. GEORGIO. II

DIVI. F.

DUCI. SAXONIÆ. JULIACI. CLIVIÆ.
MONTIUM.

BURGGRAFIO. MAGDEBURGENSI.

S. ROMAN. IMP. PRÆF. PRÆTOR. ATQ. ELECTORI.
E IUSDEMQ. NUNC. TEMPORIS.

VICARIO.

DOMINO. PIO. AUGUSTO. CLEMENTI.
PATRI. PATRIÆ.

ACADEMIÆ.

SOLI. ORIENTI.

AC.

SOSPITATORI. SUMMO.
INTER. VOTIVOS. ORD. OMNIUM. PLAUSUS.
ET. RELIGIOSA. SALUTANTUM.
OSCUЛА.

PRIDIE. RAL. OCTOBR.

QUEM. ANNI. AUSPICATORIS.
INITIUM. OMINABANTVR.

PRÆFATI. DEUM.

FIDEM. JUREJURANDO. ALLIGARUNT.

SERENITATI. EIUS. IN. PERPETUUM. COLENDÆ.
OBSTRICTISSIMI. CIVES.

A. E. C. clc lcc LVII.

CHILO. GIO
MATERIALE



Ngredere, Heroum sangvis fortissi.
me, nostros (ros:
Etdignare tuo præsentis numine mu-
Ac titulis adsvesce novis, patriæque
vocari

Soloriens ac dulce jubar, per nubila vultum
Expandens roseum, & radiis loca cuncta serenans,
Tristitiae expulsi tenebris luctuque fugato.
Longa nimis cives tenuit Nox, longa laborum
Affixit series, curisq; ve ingentibus ægros
Lentâ heu damnavit caligine: lumina postquam
Sol prior ille Urbis, belli formidine pressæ,
Et domini imperium externi non molle ferenti
Per nebulam ostendit tantum: vel luce reducta
Paulum, & nondum omni splendore micantibus
arvis

Occidit, ac densis iterum caput abdidit umbris.
At nunc Te plenâ rebus succedere tantis
Luce vident omnes damnūq; rependere mundo,
Asfvetum regno dudum & felicibus ausis,
Justâ ætate virum, nec dum puerilibus annis
Frena affectantem imperii currusque paternos,
Quos valido tenuisse labor. Videt Orbis eodem
Lætaturque alacres decurrere tramite mannos,
Ambrosiaæ saturos succo, ac præsepe solutos
Ire per immensos, postquam data copia, campos,
Et spatiū aurigæ sancte servare prioris:

as I so

Agno-

Agnoscitque pius veteris vestigia flammæ,
Qua se in latas Romani nominis oras
Porrigit, & simili nobiscum luce coruscat,
Non trepidus, non ille iterum confusus & exspes,
Aut metuens miseris incendia pristina terris
Antiquumque Chaos; sed qualis falce sub ipsa
Saturni, magno vel sub Jove tutus agebat.
At Stygiæ fugiunt reserato lumine pestes,
Etdiræ scelerum facies, quibus alta feruntur
Imperia in præceps atque inclinata recumbunt,
Detectam ulterius lucem tolerare recusant,
Gens Erebo nata atque Hecate, damnataq; lōgis
Agmina carceribus, tenebras invisa reposcunt
Et veteres thalamos, ubi regna domestica Luctu,
Et consangvineæ posuere cubilia Curæ.
Sidereæ contra comites, gens edita olymbo,
Agglomerant lateri, currusq; seqvūtur ovantes,
Incorrupta Fides, & nudi conscientia Veri
Virgo, & divinis Pietas exercita rebus,
Et Recti tenor, & fati Constantia vietrix,
Et quæ subiectas dea provida temperat urbes,
Nocte exosa gravē ac gaudentia Numinis Phœbo.
Salve ô nascentis mundi illustrator, & ingens
Cæsar is augsti post fata Vicarie regni:
Optime Dux salve, restaurare beatos
Annorum cursus, & inertibus aurea terris
Secula, præteritique oblivia publica fati.

Non

Non te Saxoniæ tantum Myſiæque feracis
Lusatique ſolum, priscisque habitata Sorabis
Obsequioſa colit regio, dominumque fatetur,
Et renovata tuis transſcribit tempora fastis.
Ipsa tuos ſupplex Aquila illa biroſtris adorat
Vultus, & paſſis tibi plaudit in aëre pennis,
Orbati imperii columen fulcrumque salutans,
Non edocta modos, nec vocem imitata faventū;
Obtutu explorans vim tantam & numina ſolo,
Cœleſtemq; animū & curis ſublimibus aptum.
Antè alios pronus tibi ſeſe advolvit Elyſter,
Cornibus infractis, & glauca tectus ab ulva,
Et pene ex haufus lacrymis, feralibus undis:
Et mite ingenium venientis, mitia cernens
Arbitria, ac ſibi ſe post planctum & funera reddi,
Reddi etiam nemorum, quæ proximus alluit, um-
Totus ad imperium ſeſe componi therile. (bris,
Iamque ait hæc lætis decurrent flumina ripis
Rursus, & in pingues ludent aspergine campos,
Et ſua Plifniacæ ſociabunt totia Nymphæ
Nobiscū, & moestā recreabunt plausibus Urbem.
Rura, ſinus nodo leviter ſuccincta fluentes,
Nutriet alma Ceres, & pleno Copia cornu,
Annonā ſuperante fidem, tutusque beata
Arva pererrabit Bos: nec Discordia cives
Aut ſtimulis diversa ſuis afflabit Aleſto,
Heu tanto defuncta malo, cum belliger Arctos

§ 2 §

Moe.

Moenia, & insanosanimos Furor altus haberet.
Nulla fidem impietas franget, nec dextera fallet
Ingenium mentita doloniveumque colorem:
Nec scandent fulmenta torum, positasq; curules
Cerdonum psilothra petent: sua quemq; manebit
Gloria honosque suus, reverentia debita forti.
Culpam justa premet Nemesis, santesq; flagello
Cædet, & à tergo temerè irritata sequetur.
Fallitur, hoc tanto qui quis sub principe credit
Servitium: nusquam Libertas lætius ora
Exseret, aut domino suberit parere jubenti
Promtiùs, obsequio confidentissima in ipso
Et secura sui. Nec tu, Clementia, sceptris,
Aut viatrix aberit crepitante Ciconia rostro,
Parcere subjectis adsveta, nocere superbis,
Et grave subductâ confundere fronte serenum,
Sic docuit regnare Pater, sic frena Juventæ
Et præcepta dedit, teneros sic moribus annos
Imbuit, & magnos olim formavit ad aufus,
Longè ille Augusto felicior, improba cuius
Exofaspatri tædas fecere jugales
Pignora, longè illo, cui res ostendere tantas
Vix uni exemplo licuit factisq; paternis,
Instruere & monitis recidiva ad Pergama natum;
Te que adeò, Phrygiæ regnator maxime, in ignes
Qui cadere illa videns, numero sâ prole peremptâ
Elysias senior raperis grandævus ad umbras;

Aut,

Aut, si quis supereſt, lapsantē in ſanguine cernis.
At vos Heroi candardia fila forores
Nectite, deq; annis annos adjungite vestrīs,
Et junctos cumulate novis. Eato ro per annos
Iliacos Pyliosq; ſimul, ſemperq; recenti
Se facie oſtentet nobis, viridiq; juventa
Splendeat, ut Pelago Titan novuſexit ab alto
Manē, vel Eoā reparabilis ales ariftā
Se revocat, cunasq; ſuas patriumq; ſepulcrum
Pulchriorante fores Hyperionis æde reponit.
Sic ait, & lætoſylvas ac flumina plauſu
Vicinosq; deos ad vota & gaudia ſecum
Incitat: agnoscunt monitūs facilesq; Napææ,
Et Dryadum chorus omnis, & uda in littore Nais,
Ac percufſa gravi quercta fragore rcfultant.
At ſtrepitū excitus (namq; intrà pulpita clausus
Haſtenus incani lugebat fata parentis,
Inclitaq; æternis ſcribebat nominacēris)
Pulvere conſpersum caput erigit ocyus, & Te
Germanosq; pios, Saxo, quos impetus idem
Tecum occurrendi rebus, fractisque medendi
Huçagere & Pietas & coeleſtissimus ardor
Heroā virtute Duces, & gratia viſa,
Successiſſe oneri gaudet vicinus Apollo:
Dumq; animo expendit fatorum ſigna novorum
Fraterni Imperii, quæ confociata potestas,
Spōdet & unanimis ſensus, Salve, inquit, Avorū

• 5 5 •

Rega.

Regali de stirpe, nec inficianda tuorum
Progenies, geminos, felicia sidera, fratres
Bis referens Ledâ genitos magnoque Tonante.
Tales, cum castas gens Bojohemia Camenas
Pelleret, & Myfias fortuna referret in ôras,
Saxoniæ vidi proceres, famâ inclita & ausis
Nomina, defectis divarum occurrererebus,
Et sed eerrantes certâ tutoque receptu
Ponere, nec parvo nova condere moenia sumtu
Hospitio expulsis veteri: ceu tecta Pyreneus
Cum sua, fallaci veneratus numina vultu,
Clauderet, æthereas pennæ sonuere perauras.
Tales nunc etiam, sed vestra in imagine, cerno,
Magnanimi Heroes, vestroque levatus amore
Erigor in veteres spes, & benefacta parentum
Auguror in natis ac prisci temporis aurum.
Ac velut illa prior meritis ingentibus ætas
Aucta ducum sancto servavit foedera nexu:
Sic nonnulla fidem temerabunt secula nostram:
Et tibi perpetuos, soboles generosa, tuisque
Factis rite pares gens ista vovebit honores,
Perpetuum obsequium, nulli pietate secunda,
Excubiis nulli, curaque inde side vitæ,
Fortunæque tuæ, quam faustam cernere semper
Florentemq; cupit tantumq; secunda minantem.
Sive illa augustis obsecravat turbida rebus
Fortè, atque averso meditatur prælia vultu,

Prom-

Prompta sequi fatum, & letum pro laude pacisci.
Atque alii latera opponent & vivida bello
Pectora, Teque suis defendent fortiter armis.
Nos imbellegenus, quanquā nec sanguine nostrā
Ad strinxisse fidem pigeat, diversa sequentes
Imperium docta validē firmabimus arte,
Et quos consilium, quos fandi copia, & acri
Cognitione potens animus rerumque peritus
Ornet, Pieriis juvenes mittemus ab antris,
Regnif fulcratui. Neque enim præstantius ullum
Artibus indulxit miseris mortalibus æther
Præsidium, aut magnis moderandis utile rebus
Servandisq; magis: Nec vel Solymalata, vel Hebro
Gens oriunda sacrī habitavit lætiūs arvis,
Aut infracta minas risit generosius hostis,
Quām cum felices coluit Sapientia terras,
Missa polo primū & populo donata beato,
Et pubem eductam varios armavit in usus.
Hac vicina Pharitellus, urbesque Pelasgæ,
Hac domus Assaraci stetit & Romana propago,
Grajos docta modos. Hac tu Germania palmas
Et trabeas speciosa meres celsosque triumfos,
Ante rudis populus cultuque informis & asper,
Et vasta cum mole ruens. Hac longa vigebis
Saxonia, Heroum prudenti subdita dudum
Arbitrio, & titulos famamque tuebere repriscam,
Doctis fœta viris: ceu qui superardua venit

Pergama, divina constructus Palladis arte,
Fortes fudit equus manibus belloque potentes.
Jamque tibi haec omnis longè latéque juventus
Præstò est, & nutus firmando aptissima regno
Expestat devota tuos, seu dicere quondam
Jura, atque Eunomiæ tractare negotia divæ,
Seu templis præesse velis, seu corpora morbis
Pellere, & in columnes servare ad munia cives:
Seu grave Martis onus sub te tolerare Magistro,
Et, si forté dolis (Diiterra avertite pestem)
Irrequia sua Injuria concitet orbem,
(Namq; ad utrumq; valet, cū resita postulat, hastâ,
Ingenioque potens Virgo Tritonia & arte)
Pro trepidis gerere arma focis, arasque tueri.
Illa tuo vitam sibi reddimunere credens,
Mellifluisque animum fidibus modulosq; suaves,
Plaudit, & auspicio tam læto anima triumfat,
Templaque Fortunæ reduci meditatur & arcus,
Non quales vorat imber edax, ævi que vetustas
Destruit, aut ferri vis impactæque secures,
Æoliæque minæ; sed quales didita terris
Fama celebratus, scriptisque exaucta docentū
Cœlo æquat summo. Quanquam nec pegmata
Artifici fabricata manu, doctique Lycei, (desunt,
Felice madventu factum, simulantia vultum.
Stat latam complexaviam, geminumq; bivertex
Tollit in astra caput rupes; Janosque bifrontes
Victo.

Victoris populi & portas imitatur ovantes,
Magnificosq; aditus: per quostu maxime transis
Heroum, geniumq; loco famamque perennem
Concilias. Medio cithara me vertice cernis
Ludentem, & Clarias celebrantes orgia mecum
Hinc atque inde deas. Numerum radice subima
Fratrum æquant regni Virtutes fulcra, meique
Præsidium præ grande chori. Levat ecce beatam
Relligio sincera crucem, numenque vereri
Imperii palmare decus firmamque columnam
Esse docet rerum. Cui cœlo reddit a nuper
Annuit, & justâ librat Virgo omnia lance,
Cuique suum tribui mandans, gladioque rebelles
Terrens atq; acri contemplans singula visu.
Nec dea fortis abest, cui bellum atq; horrida curæ
Arma ducū, & trepidis quæcūq; infesta Camenis,
His arcere jugis amor unus & una voluptas,
Ingenium fractâ ostendens & robora pilâ.
Nec Samiū quæ quarta sacrū Prudentia complet,
Summæ gnara rei, quondā hiseducta sub antris,
Montem destituit, generi notissima vestro,
Et speculo celebrata suo tortuque colubri.
Par operi sedes. Hinc supplex brachia pandit
Mars Tibi, & Aoniæ stomachatur culmina rupis
Tam vicina suæ, Paciisque opus imputat illud,
Ipse intus super arma sedens, vincitusque catenis
Custodē metuit: Themis hinc delubra domosq;
Obsc.

Obspsit consulta suas, perq; ardua montem
Te medium penetrasse videt: Ponè alta Tonantis
Templa calent, annosq; tibi vitamq; precantur,
Pro que Duce assiduis delassant æthera votis.
Hæc juvenum pietas. Sed quos docuisse Parentis
Provida majestas jussit, celsaque juventam
Ecathedra instruere, atq; artes stabilire, minantes
Cominus interitum, dum magnos poscerenatos
Agnoscunt eadem, monitusq; recurrere priscos,
Quàm læti imperiū, quàm prōti iussa capeslunt!
Qvàm te, qui præsens oculis opera omnia lustras,
Eois invectus eqvis , reverenter adorant!
Quáque is, sollicito vestigia celsa seqvuntur
Observantque animo! quantū non fortis Iberus
Contendit, roseo Phœbum sectatus abortu,
Et memorem statuens, exclusus finibus, aram.
Sed non exta tibi, non mellea liba, nec aurum
Nectripodas phialasq; parant crateraq;, qualem
Xerxes, Phryxéo veneratus numina ponto,
Mersit, & Argolicos ivit securus in hostes:
Quando nechæc vise est, necte, quæ sufficis ipsi,
Majestas, tibi, vana juvant hæc dona; sed unam,
Qua patri placuere, fidem, quâ Numin a gaudent,
Et capiti se membra probant, imisque suprema
Hærent, & vasto sociantur corpora mundo,
Ingenuis versant animis & pectore toto.
Jamque ad divinos, cœlestia lumina, vultus

Ad-

Admisisti proprius, Tanto patre digna propago,
Juro fidem, quisque inquit, & hanc tibi consecro
dextram

Hanc animam, hoc corpus, cœlumque & sidera
testor,

Cœlum suspiciens palmamq; ad sidera tendens:
Nulla dies legē hanc unquā, nec foedera rumpet,
Quo res cunque cadet: nec me vis ulla volentem
Obsequio avertet, non si se effundat in æquor
Diluvio tellus, cœlumque in Tartara migret.

Sic Patri sic fidus eram, sic horrida Martis
Neglexisse fidem cum me germana juberet,
Urbem intracorpus, mentē extra obsessa tenebā
Mœnia, & in mediis animo invictissimus armis
Proposito stabam, nulla inflectendus ab arte,
Vinulla cogendus, & hæc tibi, ad æthera postquā
Ille adiit, tantis subitureq; vaternio rebus,
Intemerata ferens sincero pectora cultu.

Etdubitamus adhuc Te Solem dicere, luci
Æmula Lux nostræ, ac mundi melioris origo,
Sive uno coleris sub numine, sive quaterno,
Et cœli, fessi rerum, transcribere fasces
Dixerat: atque ultro jubari summittit habenas,
Et longum referare jubens mortalibus ævum,
Abdicat imperio, qvod lato exercet olymbo,
Aonidumque sacris tantum se servat Apollo.

Ergo Sol nobis iterum atque iterum auree salve

Qua.

Ad-



Quadrifidumq; lubens Phœbi moderare labore,
Et bona tranquillo deducito tempora cœlo,
Ac consangvineis felicem autoribus annum.
Primus eat pomis gravidus Bacchiq; racemis
Autumnus, lenique tuo se vestiat æstu,
Dives opum & largo spicarum munere turgens,
Et primo similis sibi, cum pulcherrimus orbem
Condidit, & rebus maturos reddidit ortus.
Tum mitis succedat hyems, non grandine pu-
gnans,

Non Aquilone rigens, aut tristi frigore lœdens;
Sed placido tepefacta Noto. Ver inde serenum
Arboribus frondes & apertis grama campis
Restituat. Plenis mox ardens mesibus Æstas,
Et spicata Ceres & Etesia flabra sequantur,
Imperii simulacra tui. Sed nobilis annum
Inchoet illa dies, quæ te, placidissime, nobis
Rettulit & Musis, Parcarum condita pulchro
Vellere, & incanæ Thetidos signanda lapillis,
Ac memoranda diu, geniumque habitura per-
ennem,
Atque ortus sine fine novos. Hanc festa quot.
annis

Pieridū celebrent, & blando nomine Solis
Indigitis signent: han clætæ in floribus Horæ
Scribant, & fasti memores in secula ducant.

OS O S

orē,
TER
is
ns,
m
u-
s;
n
s
,

er-
ot.

c

UNIVERSITÄT
DUISBURG
ESSEN



JK 164902

WERTOLIA
SCHWEIDEN

nu



ULB Halle
004 807 88X

3



UD 17



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-36566-p0020-6

DFO

h. 3, 4.

Vc
4902

PANEGYRICUS
ADVENTUI
PRINCIPIS OPTIMI MAXIMI
JOHANNIS GEORGII II.
S. ROM. ARCHI.

M

EIUSDEM Q



ACADEMIA

A. FRIDERICO
ET COLL. MAJ.

A. C.

Typis JOHANNIS WITTIGAU.

